



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gnoti Seautón, Sive Arnoldi Geulincs Ethica

Geulincx, Arnold

Lugd. Batav., MDCLXXV

Seneca De Vita Beata. [Zitat]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48728)

S E N E C A

De Vita Beata.

Vivere omnes beatè volunt, sed ad pervidendum quid sit quod beatam vitam efficiat, caligant, adeoque non est facile Consequi beatam vitam, ut ab ea quisque eo longius recedat, quò ad illam citatius fertur, si via lapsus est: quæ ubi in contrarium ducit (*uti hodiè-que solet evenire & evenit in tota olim schola Ethnicorum*) ipsa velocitas majoris intervalli Causa sit.

Proponendum est itaque primùm, quid sit, quod appetamus: tum Circumspiciendum est, quà contendere illò celerissime possimus: quamdiu quidem passim vagamur, non ducem (*rationis*) secuti, sed fremitum & clamorem dissonum in diversa vocantium (*passionum, cupiditatum, consuetudinum, hominum*) conteritur vita inter errores & mille tædia, etiamsi dies noctesque bonæ menti laboremus: ergo igitur

Philosophia, eaque imprimis *Moralis*, ad animum se habeat, uti *Medicina* ad Corpus.